Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Agg

regni suscepturus erat et Jesu filium Josedech sacerdotem summum admonet ut credant complere nunc annorum tempora restaurandis Jerusalem advenisse hoc eadem addito ne incredulitate populi vellet imitari de quo deus per eum dixerat populis hic dicit Nondum venit tempus ut edificetur domus dei Quia aut quod in exordio hujus prophetae continent conversionem populi edificationem templi renovatorum civitatis obstinata sacerdotale et titulum dignorum generum exterminis significat Explicit prologus in aggeum prophetam argumentum. Explicit prologus prophetam aggeum

Aggeus festinus et levis qui permanxit in lacinis ut in gaudio metent destructum templum edificat deum precum idcirco loquentem adhuc unum modicum et ego commovebo coelum et terram mare et aridam et movebo omnes gentes et veniet desiderat[us] cunctis gentibus

In anno secundo darii regis persarum. Explicit argumentum prophetae aggei. I.

in mense sexto in die una mensis factum est verbum domini in manu aggei prophetae ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda et ad Jesu filium josedech sacerdotem magnum dicens hec ait dominus exercituum dicens populis iste dicit Nondum venit tempus domus dei edificandae Et factum est verbum domini in manu aggei prophetae dicens. Numquid tempus vobis est ut habitetis in domibus laqueatis et domus ista deserta Et nunc hec dicit dominus deus exercituum Ponite corda vestra super vias vestras Seminastis multum et introlistis parum Comedistis et non estis satiati bibistis et non estis inebriati Opuistis vos et non estis calefacti et qui mercedes congregavit misit eas in sacculum pertusum hec dicit dominus exercituum Ponite corda vestra super vias vestras Ascendite in montem portate lignum et edificate domum et acceptabilis mihi erit et glorificabor dicit dominus Respexistis ad amplius et ecce factum est minus et intulistis in domum et exsufflavi illud Quia ob causam dicit dominus exercituum Quia domus mea deserta est et vos festinatis unus quisque in domum suam super hoc super vos prohibui sunt coeli ne darent rorem et terra prohibita est ne daret germen suum et vocavi siccitatem super terram montes super triticum et super vinum et super oleum et quicquid profert humus super homines et super jumenta et super omnem laborem manuum Et audivit Zorobabel filius Salathiel et Jhesus filius Josedech sacerdos mag